

THEO. Necnon dominus Prophetarum, vt pseudo Propheta deludatur. Sequitur. Et vela eum, & percu. fa. eius, & inter. eum di. Prophe. no. quis est qui te percussit? B E D A. Hæc quasi in contumeliam faciebant eius, qui se a populis Prophetam voluit haberi. Sed tunc qui casus est colaphis Iudæorum, ceditur etiam nunc blasphemis sal forum Christianorū. Velauerunt autē eū, non vt eorum illa scelerata nō videat, sed vt a se ipsi faciem eius abscondant. Hæretici autem & Iudæi, & mali catholici eum reprobis actibus exacerbant, quasi illudentes dicunt. Quis est qui te percussit? dum ab illo suas cogitationes, & opera tenebrarum cognosci nō affimant. A V G. de Cō. Euan. Hæc autem intelligitur passus dominus vsque mane i domo Principis Sacerdotum, quo prius adductus est. vnde sequitur. Et vt fa. est dies conue. Senio. ple. & Prin. Sacer. & Scri. & dux. eum in consi. fu. di. Si tu es Christus dic nobis. B E D A. Non veritatem desiderabant, sed calumniam præparabant. Si quidem Christū hominem tantummodo de stirpe David venturum sperantes: hoc ab eo quærebant, vt si diceret: Ego sum Christus, calumniaretur, q̄ sibi arroget regiam potestatem. THEO. Ipse vero sciebat eorum præcordia, q̄ qui nō crederant operibus, multominus sermonibus crederent. vnde sequitur. Et ait illis: Quis vobis dixit non cre. mihi. B E D A. Sæpe enim dixerat se Christum esse: puta cum dicebat: Ego & pater vnus sumus, & cætera talia. Si autem interro. non respon. mine que dimittetis. Interrogauerat enim eos, quō dicerent Christū filium esse David, cum David in spiritu dominum suū illum vocauerit: verum illi neque dicenti credere, neque interroganti respondere voluerunt, quia autem semen David calumniari quærebant plus est quod audiuit. Sequitur. Ex hoc autem erit si. ho. se. a dex. vir. Dei. THEO. q. d. Non est vobis de cætero tempus sermonum, & doctrinæ, sed deinceps iudicij tempus erit, cum videbitis me filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei. CYRIL. Cum autem de Deo sessio dicitur atque thronus, regia & vniuersis principans dignitas designatur. Non enim putabamus tribunal quoddam positum esse, cui credamus inniti dominum omnium, sed nec omnino dextrum, vel sinistrum esse penes diuinam naturam, proprium enim est corporum figura, & locus, & sessio: Qualiter autem patris honoris: patris quoque confessus filius videbitur esse, si non est secundum naturam filius, naturalem in se proprietatem habens patris. THEO. Hoc igitur audientes timere debebant, sed illi post hæc verba magis insaniunt. vnde sequitur. Di. autem omnes. Tu ergo es fil. Dei? B E D A. quod se filium Dei dixerat, acceperunt in eo quod ait. Erit si. ho. se. a dex. vir. Dei. A M B R O. Dominus autem maluit se regem probare, quam dicere, vt condemnandi causam habere non possint, qui quod obiciunt hoc fatentur. Sequitur. Qui ait: Vos di. quia ego sum. C Y R I L. Hoc autem dicente Christo, successit Pharisæorū cohors vsurpans ignominiam vocem, vnde sequitur. At il. dixit. Quid adhuc des. resti. ipsi enim audi. de ore eius. THEO. Ex quo patet, q̄ inobedientes nulla commoda ferunt reuelatis sibi secretioribus, sed maiorem penam acquirunt, propter quod talia oportet eis esse occulta.

Lib. 3. c. 6

CAP. XXIII.

T surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum accusare di-

rum mendacium paripendens, solum quod nesciebat, de regni verbo interrogandum putauit. Sequitur. Pila. autem inter. eum di. Tu es Rex Iudæorum? T H E O. Mihi videtur, q̄ hoc a Christo quæserit contempnū obiecti criminis subsandando. q. d. Tu papper humilis, nudus, cui nullus adiutor, accusaris de regni ambitione, ad quod opus est multorum adiutorū, & sumptū. B E D A. Eodem autem verbo prædidi, quo & principibus Sacerdotum respondet, vt propria sententia condemnentur. Sequitur. At il. resp. ait: Tu dicis. THEO. Illi autem cum nihil aliud faueret eorū calumniæ, recurrunt ad clamorū subsidia. Sequitur. At il. inu. dicentes: Cō. popo. do. per vni. Iudæ. inci. a Gali. vsque huc. q. d. Peruerit populum, nec in vna parte tantum, sed a Galilæa incipit, & hucusque peruenit transiens per Iudæam: puto autem eos non absque causa meminisse Galilææ, sed volentes incutere timorem Pilato. Galilæi enim scismatici fuerunt, & noua tentantes, qualis fuit Iudas Galilæus, cuius in actibus Apollolorum fit mentio. B E D A. His autem verbis non illum, sed se accusant. Docuit se enim populum & a pristini temporis ignauia docendo commouisse, talique actu totam terram promissionis pertransisse non criminis, sed iudicij est virtutis. A M B R O. Accusatur autem dominus & tacet, quia defensione non indiget, ambiant defendi quod timent vinci. Non ergo accusationem tacendo confirmat, sed de spicite non refellendo. Quid ergo timeret, qui non ambit salutē? solus vim suam prodit, vt acquirat omnium. b ¶ B E D A. Pilatus de præmissa accusatione non interrogandum dominum ratus, sed ipsum magis nacta occasione cupit ab eo iudicando liberum reddere. vnde dicitur. Pilatus autem audi. Galilæam, interro. si homo Gali. est. Et ne contra eum quem in fontem, & propter inuidiam traditum cognouerat, sententiā dare cogere, Herodi eum misit audiendum, vt ipse potius eum q̄ eius patriæ Tetrarcha existeret, vel absolueret, vel puniret. Sequitur. Et vt cogn. q̄ de Hero. potestate esset rem. eum ad Hero. qui & ipse Hero. erat illis diebus. THEO. In hoc sequitur legem Romanam, quæ iubebat quemlibet a principe suæ iurisdictionis condemnari. G R E G. 10. Mor. Christi autem famam Herodes explorare voluit, cum eius miracula videre concupiuit. Sequitur. Hero. autem vi. Te. gau. est val. Erat enim cu. ex mul. tem. vi. illum. THEO. Non tamquam lucraturus quicquam utilitatis ex eius aspectu, sed patiens nouorum cupidinem, credebatur videre quandam extraneum hominem, de quo audierat, q̄ sapiens, & mirificus esset. vnde sequitur. Eo q̄ audi. mul. de il. & spe. fig. ali. vi. ab eo fieri. Volebat etiā audire ab eo quid diceret: & ideo interrogat eum quasi derisorie se habens ad ipsum, & eum sub-

Lib. 3. c. 7

CAP. XXIII.

V G. de Con. Euan. Postquam compleuit Lucas narrando Petri negationem, recapitulauit quæ cum domino gesta sunt circa mane, commemorans quædam quæ alii tacuerunt, atque ita contexit narrationem, sicut alii alius narrans cum dicit. Et sur. omnis mul. eo. duxe. il. ad Pila-

rum. B E D A. Vt impleteret sermo Iesu quem de sua morte prædixit: Tradetur Gentibus. Romanis. nā Pilatus Romanus erat, cumque Romani in Iudæam Præsident miserant. A V G. de Cō. Euan. Deinde apud Pilatum gesta narrat. Cæperunt autem eum accusa dicentes: Hunc inue. subuer. gen. no. & prohi. tri. da. Cæsa. & di. se. Chri. re. esse. Hoc Matthæus, & Marcus non dixerunt, cum tamen dicerent, q̄ eum accusabat, sed ille etiam ipsa crimina, quæ falso obiecerunt aperuit. THEO. Euidenter autem aduersant veritati. Non enim Dominus prohibuit dare censum, sed magis dare iussit. Qualiter autem populum subuertebat, an vt regnum aggrederetur? sed hoc est in credibile cunctis, quæ volente multitudine tota eum in Regem eligere, sciens fugit. B E D A. Duobus autem domino obiectis, scilicet q̄ & tributa Cæsari dari phibuerit, & se Christū Regem diceret, potuit fieri vt illud quod dominus ait. Reddite que sunt Cæsari Cæsari, etiam Pilatum audisse contigerit. Ideoque causam hæc quasi apertū Iudæo-

Lib. 3. c. 8

rum mendacium paripendens, solum quod nesciebat, de regni verbo interrogandum putauit. Sequitur. Pila. autem inter. eum di. Tu es Rex Iudæorum? T H E O. Mihi videtur, q̄ hoc a Christo quæserit contempnū obiecti criminis subsandando. q. d. Tu papper humilis, nudus, cui nullus adiutor, accusaris de regni ambitione, ad quod opus est multorum adiutorū, & sumptū. B E D A. Eodem autem verbo prædidi, quo & principibus Sacerdotum respondet, vt propria sententia condemnentur. Sequitur. At il. resp. ait: Tu dicis. THEO. Illi autem cum nihil aliud faueret eorū calumniæ, recurrunt ad clamorū subsidia. Sequitur. At il. inu. dicentes: Cō. popo. do. per vni. Iudæ. inci. a Gali. vsque huc. q. d. Peruerit populum, nec in vna parte tantum, sed a Galilæa incipit, & hucusque peruenit transiens per Iudæam: puto autem eos non absque causa meminisse Galilææ, sed volentes incutere timorem Pilato. Galilæi enim scismatici fuerunt, & noua tentantes, qualis fuit Iudas Galilæus, cuius in actibus Apollolorum fit mentio. B E D A. His autem verbis non illum, sed se accusant. Docuit se enim populum & a pristini temporis ignauia docendo commouisse, talique actu totam terram promissionis pertransisse non criminis, sed iudicij est virtutis. A M B R O. Accusatur autem dominus & tacet, quia defensione non indiget, ambiant defendi quod timent vinci. Non ergo accusationem tacendo confirmat, sed de spicite non refellendo. Quid ergo timeret, qui non ambit salutē? solus vim suam prodit, vt acquirat omnium. b ¶ B E D A. Pilatus de præmissa accusatione non interrogandum dominum ratus, sed ipsum magis nacta occasione cupit ab eo iudicando liberum reddere. vnde dicitur. Pilatus autem audi. Galilæam, interro. si homo Gali. est. Et ne contra eum quem in fontem, & propter inuidiam traditum cognouerat, sententiā dare cogere, Herodi eum misit audiendum, vt ipse potius eum q̄ eius patriæ Tetrarcha existeret, vel absolueret, vel puniret. Sequitur. Et vt cogn. q̄ de Hero. potestate esset rem. eum ad Hero. qui & ipse Hero. erat illis diebus. THEO. In hoc sequitur legem Romanam, quæ iubebat quemlibet a principe suæ iurisdictionis condemnari. G R E G. 10. Mor. Christi autem famam Herodes explorare voluit, cum eius miracula videre concupiuit. Sequitur. Hero. autem vi. Te. gau. est val. Erat enim cu. ex mul. tem. vi. illum. THEO. Non tamquam lucraturus quicquam utilitatis ex eius aspectu, sed patiens nouorum cupidinem, credebatur videre quandam extraneum hominem, de quo audierat, q̄ sapiens, & mirificus esset. vnde sequitur. Eo q̄ audi. mul. de il. & spe. fig. ali. vi. ab eo fieri. Volebat etiā audire ab eo quid diceret: & ideo interrogat eum quasi derisorie se habens ad ipsum, & eum sub-

Cap. 30.

interrogat eum quasi derisorie se habens ad ipsum, & eum sub-

fannans. Sequitur. Interrogat autem illum multis sermonibus. Iesus qui cuncta ratione peregrit, & qui teste David suos sermones in iudicio disponit, pium esse indicauit in talibus habere silentiū. Sermo enim prolatus est cui nihil proficit: condemnationis sit causa. vnde sequitur. Et ipse nihil ei respondebat. A M B R O. Taceat & nihil fecit, quæ nec illius credulitas merebatur videre diuina. Et Dominus iam stantiam declinabat, & forte typice in Herode omnes impij significauerunt, qui si legi non crederent, & prophetis, mirabilia Christi opera in euāgelio videre nō possunt. G R E. xxij. Mo. Hoc etiam audientes nos oportet addicere, vt quos audientes nostri nostram volunt quasi laudando cognoscere, non autem sua peruersa mutare, oino taceamus, ne si ostentationis studio verbum Dei loquimur, & illorum que erat culpa esse non desinat, & nostra que non erat, fiat. Multa autem sicut que audient animi perdunt, maxime si auditoris nostri & semper laudat quod audiunt, & nunquam quod laudant sequuntur. G R E. x. Mora. Inquisitio ergo redemptor tacuit, expectatus miracula adhibere contempsit, seque apud se in occultis retinens eos quos exteriora quærere comperit, ingratos foris reliquit, magis eligens aperte a superbentibus despicere, q̄ a non creditibus vacua voce laudari. vnde sequitur. Et autem prin. sacer. & scri. con. accu. eum spre. autem il. Hero. cum exers. suo: & illa. inda. veste alba, & remi. ad Pilatum. A M B R O. Non ociosum q̄ veste alba induitur ab Herode: immaculata tribuens, indicia passionis, q̄ agnus Dei sine macula cum gloria mundi peccata susciperet. THEO. Tu tamen confideta q̄ per ea que facit diabolus impeditur, congerit derisiones & opprobria in Christum ex quibus declaratur quod dominus seditionis non sit, alioquin non derideretur plebe reddita suspecta, & nouitibus gaudente. Misio autem Christi a Pilato ad Herodem sit amicitie, & munis exordium, quasi Pilato non vsurpante sibi subditos ditioni Herodis. vnde subditur. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus ante ini. erant ad inuicem. Attende diabolus ubique coniungentem disuncta, vt Christi peragat necem. Erubescamus ergo nos, si causa nostræ salutis nec amicos in proprio federe conseruemus. A M B R O. In typo etiam Herodis atque Pilati, qui amici ex inimicis per Iesum Christum facti sunt, & plebis Israelis & populi gentilis figura seruat, q̄ per domini passionem vniuersque sit futura concordia, ita tamen vt prius populus nationi capiat Dei verbum, & ad populum Iudæorum fidei suæ deuotionem transmittat, vt illi quoque gloria maiestatis suæ corpus vestiant Christi quod ante despexerat. B E D A. Vel hoc Herodis & Pilati fedus significat, q̄ gentiles & Iudæi genere & religione & mente dissidentes, in Christianis persequendis consentiunt. c ¶ A V G. de Con. Euan. Rediens Lucas ad ea quæ apud prædica gerebantur. vnde digressus erat vt narraret quod apud Herodem actum est, ita dicit. Pilatus autem conuo. prin. sacer. & ma. & ple. di. ad eos: obtu. mi. hunc ho. quasi auct. po. & ce. ego co. vo. in. rer. nul. cau. inue. in ho. isto ex his in qui. eum accusatis. Hic intel. ligimus eum prætermisisse quemadmodum a domino quæserit: quid accusatoribus responderet. A M B R O. Hic Pilatus Christum absoluit iudicio, crucifiguit ministerio, ad Herodem mittitur: ad Pilatum remittitur. vnde sequitur. Sed neque He. nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Et si vter que reum non pronunciat, ob metum, tamen aliena crudelitas studiis Pilatus obsequitur. THEO. Duorum ergo virorum testimonio Iesus insons ostenditur, Iudæi vero qui accusabant nullum resem obtulerunt, cui credere oporteret. Vide ergo quomodo superet veritas: Iesus tacet, & testatur inimici, proclamant Iudæi, & nullus eorum arefuit clamoribus. B E D A. Pereant

Cap. 30.

Lib. 3. c. 8

ergo scripta quæ tanto post tempore contra Christum composita non illum apud Pilatum magice artis accusatum, sed compositis apud dominum perfidæ & falsitatis accusandos esse demonstrant. THEO. Lentus ergo Pilatus nec satis apud veritatem seuerus, quia timebat accusationes subiungit. Emendatum ergo illum dimittam. B E D A. q. d. Flagris illum & ludibrijs quantum iudicis afflicta, dimodo innoxium sanguinem non sicuti. Sequitur. Necessè autem habet. dimitt. eis p. diē festum vni. Necessè habebat non imperialis legis sanctione: sed annua gentis cōsuetudine deuotus, cui per talia gaudebat placere. THEO. Romanus enim Iudæis cōcesserat secundum leges & ritus proprios conuerfari. Mos autē patrius erat Iudæis petere damnatos a principe, sicut a Saule Ionathan petierunt. vnde & de eorū petitione nūc subditur. Exclama. aut si. vni. tur. di. Tolle hunc & dimitt. no. Bar. qui erat pp. sedi. quanda facta in ciui. & homi. mis. in carcerem. A M B. Non immerito hominidæ absolutione petunt, qui flagitabant innocentis exitum, tales leges habent iniquitas, vt qd̄ oderit innocentia, scelus dilgat. In quo tamen nominis interpretatio speciem dat figuræ. Barrabas enim patris filius la tunc dicitur. Illi ergo quibus dicitur. Vos ex patre diabolo estis, vxo Dei filio, patris sui filium, id est Antichristum prelatum esse p. duntur. B E D A. Heret autem Iudæis vsque hodie sua petio: quia enim data sibi optio, pro Iesu latrone, pro saluatore interfectorum elegerunt, merito salutem vitamque perdidit, & latrocinis se ac seditionibus intantum subiecerunt vt & patriam & regnum suum perdidit. THEO. Sic ergo gens olim sancta fuit ad cœdendum, Pilatus gentis eadem prohibet. Sequitur. n. Iterum aut Pila. locu. est ad il. vo. di. Iesum. A. il. succ. di. Cru. cium. B E D A. Pessimus enim genere mortis occidere innocentem, hoc est crucifigere desiderant. Pendentes enim in ligno crucifixi clavis ad ligum pedibus manibusq̄ confixis producta morte necabantur, ne dolor citius fineretur. Verum a domino electa erat mors crucis, quam diabolo superato, tamquam trophæum in frontibus fidelium erat posturus. THEO. Tertio autem Pilatus Christum absoluit. Sequitur enim. Ille autē ter. dixit ad il. Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo. Cor. ergo il. & dimittam. B E D A. Hanc correptionem qua populo satisfeceret, ne vsque ad crucifigendum Saluatorem seuerit, Pilatus quærebat non solum obtulisse, sed etiam deridendo & flagellando exhibuisse, verba Ioannis testantur. Quia vero tota accusationem quæ aduersus dominum detulerat, sollicita Pilati interrogatione videbat euacuatā, tandem ad solas se preces conuertit, vnde sequitur. At illi in sta. vo. ma. postu. vt cru. & in sta. vo. eorū. THEO. Tertio clamant contra Christum, vt per trinam hanc vocem, suam esse occisionem Christi approbent, quam petendo extorserunt. Sequitur enim. Et Pilatus adiu. fieri. peri. eorum. dimi. autem eum il. qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in car. Iesum vero tradi. volun. eorū. C H R Y. Putabant enim hoc se posse aliter q̄ Iesus deterior esset latrone, & adeo nequam, vt neque pro pietate, neque pro festi prerogatiua deberet liberari. d ¶ G L O. Postea condemnatione Christi, conuenienter agit de eius crucifixione cum dicitur. Et cum duceret eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem venientem de villa, & imposuerunt ei crucem portare post Iesum. A V G. de Con. Eua. Ioannes autem narrat q̄ Iesus baiulabat sibi crucem. vnde intelligitur q̄ ipse sibi portabat crucem cum exiret in eum qui dicitur caluarie locum. Simon autē in itinere angariatus est, cui data est portanda crux vsque ad locum. nullus enim aliorum acceptabat crucem baiulare, eo q̄ lignū detestabile putabatur, & ideo Simoni Cyrenæo

Lib. 3. ca. 10



Cyrenes quasi in quandam iacturam imposuerunt crucem portare, quam alii recufabant. Hic adimplet illud Isaiæ: Cuius principatus super humerum eius: principatus enim Christi est crux eius propter quam secundum Apostolum Deus eum exaltauit. Et sicut in signum dignitatis alii balneum, alii mitram portant. sic & dominus crucem. Et si inquires, inuenies non aliter in nobis regnare Iesum, nisi per asperitates, quo fit ut delictiosi inimici sint Christi crucis. A M B R. Christus ergo crucem baiulans: iam trophæum suum victor attulit, crux super humeros imponitur, quia siue Simon, siue ipse portauerit, & Christus in homine, & homo portauit in Christo. Nec discordant Euangelistarum sententiæ, quonia concordat mysterium. Et bonus ordo nostri profectus est, ut prius crucis trophæus ipse erigeret: deinde martyribus traderet erigendum. Non Iudeus est, qui crucem portat, sed alienigena, atque peregrinus, nec præcedit, sed sequitur, iuxta hoc quod scriptum est: Tollat crucem suam & sequatur me. B E D A. Simon autem obediens Cyrene hæres interpretatur. vnde per eum populi gentium designatur, qui quondam peregrini & hospites testamentorum nunc obediendo facti sunt Dei heredes. De villa autem Simon egrediens, crucem portat post Iesum, cum Paganis ritibus derelictis, vestigia dominice passionis obedienter amplectitur. Villa enim græce pagos vocatur, a qua Pagani nomen trahunt. T H E O. Vel ille tollit crucem Christi, qui venia villa, id est dimittit hunc mundum & opera eius in Hierusalem. i. in supernam libertatem tendens. Ex hoc etiam non modicum sumitur documentum. Qui enim ad modum Christi magister esse debet ipse prius tollere crucem, & timore Dei propriam carnem configere, & sic subditis, & obedientibus eam imponere. Sequitur autem Christum etiam multitudo plebis, & mulierum, nam subditur. Sequēbatur autem illum multitudo plebis & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum. B E D A. Multa quidem turba crucem domini, sed non una eademque mente sequebatur. Nam populus, qui eius mortem impetrauerat, ut morientem lætas aspiceret, mulieres vero, ut moriturum plorarent. Non autem ideo solus mulierum planctus sequebatur, quia non etiam innumerus virorum cæcus de eius erat passione mestissimus, sed quia femineus quasi contemptibilior sexus liberius poterat quod senserat ostentare. C Y R I L L. Amans etiam lachrymarum est semper sexus femineus, & mentis habens flexibilem ad pietatem. T H E O. Per hoc etiam significatur, quod multitudo magna Iudeorum esset post crucem itura credens in Iesum. Sed & mens infirma quæ significatur per feminam, si sumpta cordis cōtortione per penitentiam fleat, sequitur Iesum propter nostram salutem afflicti. Flebant igitur mulieres per compassionem. Eum autem qui vltro patitur flere non oportet, sed magis ei applaudere: & ideo eas flere vetat. Sequit enim. Conuersus autem Iesus ad illas dixit. Filie Hierusalem, nolite flere super me. B E D A. Cuius scita resurrectio mortem soluere potest, cuius mors & omnem mortem & ipsum mortis destructura est auctorem. Notandum autem cum filias Hierusalem appellat, quod non solæ, quæ cum eo venerant a Galilæa, sed & eiusdem vrbs ciues et mulieres ad hæserunt. T H E O. Mandat de plorantibus eum in futura mala prospectum intendere, & super illis flere. Sequitur enim sup volipias flere, & super filios vestros. C Y R I L L. Significans in futuro mulieres liberis esse orbandas: nam irruente bello in terra Iudeorum, cuncti simul peribunt magni & parui. vnde sequitur. Quia ecce veniet dies, in quibus dicent beate steriles, & ventres, qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt. T H E O. Cum enim femina crudeliter suos allabant filios & venter, qui produxerat flexibiliter iterato recipiet genitum. B E D A. In quo die ventura a Romanis obditionis & captiuitatis tempus significat, de quibus supra dixerat. Væh prægnantibus & nutriendis in illis diebus. Naturale est autem imminente captiuitate hostili, alta, vel abdita, quibus abscondantur homines refugia quæzere. vnde sequitur. Tunc incipient montibus dicere. Cadite super nos, & collibus: operite nos. Refert enim Iosephus in scriptis sibi Romanis: certatim Iudeos caueñas montium, colliumque petiffie speluncas: potest autem & ex superfluo, quod beatificandas dicit steriles de his intelligi, qui vtrilibet sexu se castrauerunt propter regnum celorum montibus, collibusque dicit, cadite super nos, & operite nos, cum quilibet suæ fragilitatis memores, ingruente tentationum articulo, sublimium quorumcumque virorum que

seriunt exemplis monitis & præcipis defendi. Sequitur. Quia si in vili hæc facta in aridum, quid fiet? G R E G. 12. Mora. Se lignum viride, & nos lignum aridum dixit, quia ipse in se vim diuinitatis habuit: nos vero, qui puri homines sumus, lignum aridum appellamur. T H E O. q. d. Iudeis: Si ergo in me lignum fructiferum inueniunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur. Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Caluarie, ibi crucifixerunt eum, & latrones, unum a dextris, & alterum a sinistris. fructibus vacui? T H E O. Malam autem opinionem de domino innuere volens diabolus, etiam latrones faciebat crucifigi cum eo: vnde sequitur. Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo ut interficerentur. e ¶ A T H A N A. vbi corruptum est genus humanum, ibi Christus proprium corpus expoliuit, ut vbi femina est corruptio, ibi dem incorruptio oritur, propter quod in loco Caluarie crucifigitur. Dicitur enim. Et postquam uenit in loco, qui uol. cal. ibi crucifigitur. quem locum doctores Iudeorum aiunt esse sepulchrum Adæ. B E D A. vel aliter: Foris portam loca erant, in quibus trucidabantur capita damnatorum, & Caluarie. i. decollatorum sumpturunt nomen: Et sic pro omnium salute quasi noxius, inter noxios crucifigitur, ut vbi abundauit peccatum, superabundet & gratia. C Y R I L L. Non autem ipse vnigenitus Dei filius in propria natura qua Deus est, passus est, quæ sunt corporis, sed magis in natura terrena. Decet enim vtique de vno & eodem filio dici, & non pati diuine, & passum esse humanis. E V S E. Si autem aliter post conuersationem cum hominibus euasens subito euolare: fugiens mortem ab hominibus compararetur phantasmati, & quemadmodum siquis incombustibile quoddam nobis vas, & præualens ignis nature vellet ostendere, flammæ illud traderet, & consequenter a flamma illud illigum extraheret. Sic Dei verbum volens ostendere instrumentum, quo vsus est ad humanam salutem esse præualens morti, mortale morti exposuit ad demonstrandam eius naturam: deinde post modicum a morte illud eripuit in signum diuine virtutis. Et prima quidem causa mortis Christi hæc est, secunda vero diuina: potestatis offensio, corpus Christi inhabitans: cum enim antiquitus deificaret homines, communem exitum mortis sortitus, quos heros & diuos nominabant, docuit illum solum mortuum verum Deum esse fatendum, quem brauiæ victoriæ morte prostrata decorant. Tertia ratio est victima pro toto genere hominum macanda, qua oblatam sustinuit, sed & ægrotauit corpus eius, & in conspectu omnium solueretur, inconueniens erat eum, qui sanare aliorum languores habere proprium corpus affectum languoribus: sed etiam abique aliquo morbo seorsum alicubi corpus deposuisset, ac deinde rursus se offerret non crederetur ei de resurrectione differenti: oportet enim mortem resurrectionem præcedere. Cur ergo resurrectionem palam quidem prædicaret: clanculo vero moreretur? nimirum si lætaret hæc enuissent, quod excogitarent homines incredulitatis calumnias, quomodo pateret Christi in mortem victoria, nisi coram omnibus eam patiens per incorruptionem corporis probasset extinctam? Sed dices, decebat saltem gloriosam mortem sibi excogitare, ut euitaret ignominiam crucis, sed etiam hoc fecisset, suspensum se reddidisset, quasi non habens virtutem contra quamlibet mortem. Sicut ergo pugil prosteruens illum contra hostes obrulerint: ostenditur excellentior omnibus, sic omnium vita ab hostibus illatam, quam putabant esse diram, & insanam, & detestabilem mortem in cruce susceptam, vnde hæc interempta, dominium mortis totaliter destruat, propter quod non caput ei amputatur: ut Ioanni, neque sectus est vt Isaias, vt corp' integrum & indiuisibile morti feruet, & non fiat occasio volentibus ecclesiam diuidere. Volebat etiam supportare quam ingrueramus maledictionem, maledictam mortem. Crucis suscipiendo, secundum illud, Maledictus homo, qui pendet

Cap. 4.

pendet in ligno. In cruce etiam expansis manibus moritur, ut altera quidem manu vererem populum, altera eos, qui sunt ex genibus trahat, vtrosque sibi coniungens. Moriens etiam in cruce a demonibus expiat aerem, & ascensum nobis parat in cælum. T H E O. Quia etiam per lignum mors intrauerat, necesse erat vt per lignum exterminaretur, & vt dominus per ligni dolores inuictus transiens cōfutare delectationem prouentem ex ligno. G R E G. Nyssenus: Sed & figura crucis a medio contactu in quatuor extrema partita, significat virtutem & prouidentiam eius, qui in ea peccandi vbi que distulam. A V G. de quæst. no. & vt. testamenti: Nō frustra etiam tale genus mortis elegit, vt latitudinis, & altitudinis, & longitudinis & profunditatis, de quibus Apostolus loquitur magister, existeret. Nam latitudo est in eo ligno, quod trauerit de super figuratur: hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extendunt manus. Longitudo in eo quod ab ipso ligno vique ad terram conspiciuntur. ibi enim quodammodo statur. i. persistitur, & perseueratur quod longanimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte que ab illo quod trauerit figuratur, sursum versus relinquuntur: hoc est ad caput crucifixi, quia bene sperantium superna expectatio est. Iam vero illud ex ligno quod fixum occultatur: vnde totum illud exurgit: profunditatem significat gratuita gratia. C H R Y. Duos et latrones vt cruce crucifixerunt, vt eorum suspitionis fieret particeps: vnde sequitur. Et latro, vnū a dextris, alterū a sinistris: sed non ita euenit nam de illis nil dicitur, vnus autem cruce vbi que honoratur, reges diademata deponentes assumunt crucem, in purpuris, in diadematis, in armis, in mensa sacra vbi que terrarū cruce emicat, non talia sunt humana. Videntibus enim istis, qui egerunt strenue ardent propria gesta, his autem percutibus se reuunt, sed in Christo totum contrarium. Nam ante crucem omnia merita, vt ait crucifixus est, omnia clariora facta sunt, vt noscens non parum hominem esse crucifixum. B E D A. Duo autem latrones cum Christo crucifixi, significant eos, qui sub fide Christi, vel agone martyrii, vel continentie arctioris instituta subeunt, sed qui hæc pro æterna gloria faciunt dexteri latronis, qui autem humane laudis intuitu, sinistri latronis actus imitantur. f C H R Y. Quia dominus dixerat. Orate pro persequentibus vos: hoc etiam crucem ascendens fecit. vnde sequitur. Iesus autem dicit. Pater, dimitte illis. Non quia non posset ipse relaxare, sed vt nos, pro persequentibus orare doceret, non solum verbo, sed & opere. Dicit autem: dimitte eis: si & penituerint. Fauet enim penitentibus si vellent post tantam nequitiam reatus per fidem diluere. B E D A. Neque putandum est hic eum frustra orasse, sed in eis qui post eum passionem crediderunt, quod orabat, impetrasse. Notandum sane, quod non pro eis orauit, qui filium Dei intellexerunt crucifigere, nec contritè voluerunt, sed pro eis, qui nesciebant quid facerent, zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam. vnde subdit. Nō enim sciunt quid faciunt. G R A E C V S. Permanentes vero post crucem in infidelitate nullus per ignorantiam iuari putabit dignis miraculis, sonora voce ea prædicantibus esse Deum. A M B R O. Refert ergo considerare qualis crucem ascendat, quid enim video: talis ergo ascendat, qui saculum vincere parat, vt seculi adiumenta non querat, victus est autem Adam qui vestimenta quæsiuit, vicit ille qui regumenta deposuit, & talis ascendit, quales nos auctore Deo natura formauit, talis in paradiso primus homo habitauerat: talis in paradiso homo secundus intrauit, Pulchre autem ascendens crucem regia vestimenta deposuit, vt scias quasi hominem passum esse: non quasi Deum regē, & si vtrique Christus. A T H A N A. Qui etiam cunctas condiciones nostras causa nostri suscipit, induit vestimenta nostra signa mortificationis Adæ: vt exuat illa, & horum vice induat nos vitam & incorruptionem. Sequitur: Diuidentes vero vestimenta eius, miserunt fortis: T H E O. Fortitan enim plures eorum egebant, vel forte magis ad opprobrium hoc faciebant, & ex quadam lascitia: quid enim præciosum inueniebant in vestibus? B E D A. In forte autem gratia Dei commendata est, quia cum fors mittitur non personæ cuiusquam vel meritis, sed oculo Dei iudicio ceditur. A V G. de Con. Euan. Hoc quidem breuiter dictum est a tribus Euangelistis, Ioannes distinctus hic explicat, quemadmodum hoc gestum sit. T H E O. Deludentes igitur hoc agebant. Nam vbi principes subannabant quid dicere oportet de vulgo? Sequit

anem. Et stabat populus, qui speretierat eum crucifigi. Expectas, scilicet finem. Et deridebant eum principes cum eis. A V G. de Concor. Euan. Quia principes dixit, nec addidit Sacerdotum, omnes primates generali nomine complexus est, vt ibi possent intelligi Scribæ & Seniores. B E D A. Qui etiam nolentes confitent, quod alios saluos fecit. Sequitur enim dicentes. Alios saluos fecit, seipsum saluum faciat. si hic est Christus? Dei electus. ATHA. Dominus autem vere Saluator non saluando seipsum, sed creaturam liberando volebat cognosci Saluator. Neque enim me dicus, quia sibi medetur, medicus esse cognoscitur, nisi erga laquidos artem probeat, sic dominus Saluator existens: non habebat opus salutis, neque descendendo de cruce volebat cognosci Saluator, sed morando. multo namque maiorem salutem mors Saluatoris affert hominibus, quam descensus de cruce. G R A E C V S. Videns autem diabolus nullum esse sibi defensionem tribuere, & quasi aliud non valens, tenuit vltimus propinari Saluatori acetum ad bibendum. Sequitur enim. Illud debant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes illi. quod contra seipsum facere diabolus ignorabat. Nam amaritudinem iræ ex preuaricatione legis factam qua cunctos detinebat Saluatori præbebat, quam ille sumens consummebat, vt vice acti vnum det nobis in potum, quod sapientia miscuit. T H E O. Obtrulerunt autem milites Christo acetum quasi Regi subministrantes. Sequitur enim. Dicentes. Si tu es Rex Iudeorum, saluum te fac. B E D A. Et notandum, quod Iudæi vocabulum Christi scripturæ sibi auctoritate creditum blasphemantes irident. Milites vero, vt potest scripturarū nescii, non Christo, sed Regi Iudæorū insularat. g ¶ T H E O. Aliam attende sagacitatem demonis agitantem in Christum: triplici enim literarum figura promulgabat accusationem Iesu, ne. quemquam transeuntem lateat, quod hoc suspensum fuerat, quia se Regem faciebat. Dicitur enim. erat autem & scriptura scripta super illum literis græcis, latinis, & hebraicis. Hic est Rex Iudæorum, per quod significabatur potentissimas Gentium quales erant Romani, prudentissimas quales Græci, maxime Deum colentes quale fuit Iudæorum genus, subitici debere imperio Christi. A M B R O. Merito autem supra crucem ponitur titulus, quia non humani corporis, sed diuinæ potestatis est regnum quod habet Christus. Lego titulum Regis Iudæorum, cum lego. Regnum meum non est de hoc mundo. Lego causam Christi super caput eius scriptam, cum lego. Et Deus erat verbum: caput enim Christi. Deus. C Y R I L L. Alter autem latronum eadem cum Iudæis eructabat. Sequitur enim. Vnus autem de his, qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens: Si tu es Christus, saluum fac teipsum & nos. Alter vero refrenabat voces ipsius. Sequitur enim. Respondens autem alter increpabat eum dicens. Neque tu times Deum, quia in eadem damnatione es. Sed & proprium reatum confessus est turbidens. Et nos quidem iustitiam digna factis recipimus. C H R Y. Hic fungitur vice iudicis condēnatus, & incipit de veritate censere, qui coram Pilato post multa tormenta confessus est scelera. Quia aliud est homo censor, quem latent intima, & aliud Deus, qui mentes penetrat. Et ibi quidem post confessionem poena subsequitur, hic autem confessio fit ad salutem, sed ad Christum pronunciat innocentem. cum subdit. Hic vero nihil mali fecit. q. d. Nouam vide iniuriam, honestatem damnari cum scelere. Nos viuentes cecidimus, hic mortuos suscitauit, nos aliena sumus furati, hic & sua iubet tribuere. Beatus igitur latro, astans docebat talia differens, quibus alterū increpabat. Sed ut uidet extinctos auditus astantium, redit confite quer ad eum, qui nouit præcordia. Sequitur enim. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum. Crucifixum aspicias, & dominum profiteris. condemnati vides figuram & Regis prædicans dignitatem. Mille malis imbutus, postulas iustitiæ fontem reminisci tuæ nequitie, sed dices: video quidem apprensus opprobrium, sed intueor latens regnum, & tu auctoris mea publica scelera, & acceptas fidem intentionis occultra: Di scipulum veritatis vsurpauit nequitia, discipulum nequitie non commutabit veritas? G R E G. 18. Mora. In cruce clauis manus eius, pedesque ligauerant, nihilque a poenis in eo liberum, nisi cor & lingua remanserunt. Inspirante Deo totū illud ei obtulit, quod in se liberū inuenit, vt iuxta hoc quod scriptum est: Corde credet ad iustitiam, ore cōfiteretur ad salutem. Tres autem virtutes, quas

Lib. 3. c. 15.

In Serm. de pass. & cru.

In Serm. de pass. & cru.

Lib. 3. c. 12. Tom. 4.

Cap. 25.